

cico ulla thalli reactio est visibilis, at mox post actionem hydratis kalici medulla (saltem leviter) rubescit.  $K =$ ,  $CaCl \mp$ .

*C. Delisei* (Bory) Nyl. Lich. Lapp. or. p. 114. Var. *fastigiata* (Del.) facie et saepe colore simulat fere *C. Islandicam* var. *crispam* Ach.

---

## D e r e a c t i o n i b u s i n A l e c t o r i i s .

Scripsit W. Nylander.

Etiam in genere *Alectoria* (tribum propriam constituyente *Alectorieorum*, removendis scilicet *Ramalineis*) reactiones maximi sunt ponderis. Modo sequente eae hic disponantur.

I. — Species, quibus nulla reactio thallina neque hydrate kalico neque deindeapplicato hypochlorite calcico ( $K =$ ,  $CaCl =$ ).

*A. Loxensis* (Fée).

*A. nigricans* (Ach.).

*A. bicolor* (Ehrh.). Etiam omnino toto thallo nigricante occurrit et facie accedens ad *A. divergentem*.

*A. chalybeiformis* (L.) et var. *lanestrus* (Ach.).

*A. Fremontii* Tuck.

*A. ochroleuca* (Ehrh.) et *luteola* (Del.).

*A. virens* (Tayl.).

II. — Species, quibus thallus hydrate kalico nec extus nec medulla tingitur, sed medulla deinde (saltem dilute) erythrinice rubet.  $K =$ ,  $CaCl \mp$ .

*A. divergens* (Whlbn.).

*A. sarmentosa* Ach. cum f. *crinali* Ach. et var. *cinnamata* Fr.

*A. osteina* Nyl.

III. — Species, quibus thallus hydrate kalico extus flavescit, medulla incolor manet nec mutatur addito hypochlorite calcico  $K \pm$ ,  $CaCl =$ .

*A. sulcata* (Lév.).

*A. jubata* (Hffm) Ach. (huc *proliza*, *cana*, *capillaris*, *setacea* Ach.).

---

Alia occasione *Ramalinarum* notas chemicas analogas afferam quae sunt sane optima, nam multis speciebus hydrate kalico medulla e flavo croceae tingitur, aliis facile commixtis nulla talis conspicitur reactio. Sensim ita characteres explicabo novos, ubi occurrunt, apud omnes Lichenes cognitos.

---

cico ulla thalli reactio est visibilis, at mox post actionem hydratis kalici medulla (saltem leviter) rubescit.  $K =$ ,  $CaCl \mp$ .

*C. Delisei* (Bory) Nyl. Lich. Lapp. or. p. 114. Var. *fastigiata* (Del.) facie et saepe colore simulat fere *C. Islandicam* var. *crispam* Ach.

---

## D e r e a c t i o n i b u s i n A l e c t o r i i s .

Scripsit W. Nylander.

Etiam in genere *Alectoria* (tribum propriam constituyente *Alectorieorum*, removendis scilicet *Ramalineis*) reactiones maximi sunt ponderis. Modo sequente eae hic disponantur.

I. — Species, quibus nulla reactio thallina neque hydrate kalico neque deindeapplicato hypochlorite calcico ( $K =$ ,  $CaCl =$ ).

*A. Loxensis* (Fée).

*A. nigricans* (Ach.).

*A. bicolor* (Ehrh.). Etiam omnino toto thallo nigricante occurrit et facie accedens ad *A. divergentem*.

*A. chalybeiformis* (L.) et var. *lanestrus* (Ach.).

*A. Fremontii* Tuck.

*A. ochroleuca* (Ehrh.) et *luteola* (Del.).

*A. virens* (Tayl.).

II. — Species, quibus thallus hydrate kalico nec extus nec medulla tingitur, sed medulla deinde (saltem dilute) erythrinice rubet.  $K =$ ,  $CaCl \mp$ .

*A. divergens* (Whlbn.).

*A. sarmentosa* Ach. cum f. *crinali* Ach. et var. *cinnamata* Fr.

*A. osteina* Nyl.

III. — Species, quibus thallus hydrate kalico extus flavescit, medulla incolor manet nec mutatur addito hypochlorite calcico  $K \pm$ ,  $CaCl =$ .

*A. sulcata* (Lév.).

*A. jubata* (Hffm) Ach. (huc *proliza*, *cana*, *capillaris*, *setacea* Ach.).

---

Alia occasione *Ramalinarum* notas chemicas analogas afferam quae sunt sane optima, nam multis speciebus hydrate kalico medulla e flavo croceae tingitur, aliis facile commixtis nulla talis conspicitur reactio. Sensim ita characteres explicabo novos, ubi occurrunt, apud omnes Lichenes cognitos.

---

De reactionibus in Everniis et Parmeliopsibus.  
Scripsit W. Nylander.

Lichenes, quos *Evernieos* et *Parmeliopseos* dico, potissime sicut subtribus considerandi sint *Parmelieorum*, nam thalamio conveniunt cum *Parmeliis*; nec multum distant *Cetrariei* nisi praesertim spermogoniis suis peculiaribus. Quoad reactiones observantur sequentia.

**I. Parmeliopsis.**

I. — Species hujus generis, quarum thallus hydrate kalico reactionem superam (strati corticalis) et internam (strati medullaris) offerunt *flavam*. K  $\mp$ . Sunt:

*P. placorodia* (Ach., simul f. *obsessa* Ach.) et *P. angustior* Nyl.

II. — Species, cujus thallus supra hydrate kalico flavescit, medulla non tingitur. K  $\pm$ .

*P. aleurites* (Ach., *hyperopta* Ach.)

III. — Species, quarum nec stratum corticale nec medulla hydrate kalico tinguntur. K =.

*P. ambigua* (Wulf., *Lichen diffusus* Web.).

*P. Wrightii* (Tuck., *Physcidia* Tuck., *Psoromopsis* Nyl.).

*P. semiviridis* (Müll., *Chondropsis* Nyl.).

**II. Evernia.**

Species huc pertinentes arcte tangunt *Parmelias* stirpis *P. physodis* et vix genere sint separandae.

I. — Species, cujus nec stratum corticale nec medulla hydrate kalico tinguntur<sup>1)</sup>. K =.

*E. mesomorpha* Nyl.

II. — Species, quarum stratum corticale hydrate kalico flavescit, at medulla incolor manet. K  $\pm$ .

*E. prunastri* (L.) Reactio thalli infra magis est conspicua (pure flava), nam supra (in Lichene praesertim recente) color reactionis e gonidiis interlucentibus virescens evadit.

*E. divaricata* (L.).

1) Idem observatur in *Dufourea*s. In *Dactylina arctica* (Hook.) nulla obvenit hydrate kalico reactio, nec extus nec intus, sed hypochlorite calcico reactio medullae erythrinica post applicationem hydratis kalici praeviam conspicitur.

*B. furfuracea* (L.). At in hac specie accedit hypochlorite calcico reactio quaedam medullaris erythrinica, quae praesertim conspicua est, si ante applicatur hydras kalicus <sup>2)</sup>, Minus conspicua vulgo est aut evanescens in *Parmelia physode*, cui solus hydras kalicus medullam sensim ochracee tingit.

## L i t e r a t u r .

*Mycologia europaea*. Abbildungen aller in Europa bekannten Pilze, mit kurzem Text versehen von W. Gonnermann und L. Rabenhorst. Dresden 1869.

Nach einer Sitzung der botanischen Section der 42sten Versammlung deutscher Naturforscher und Aerzte zu Dresden legte uns Hr. Dr. Gonnermann aus Neustadt bei Coburg ein Werk vor, das wegen seines Umfanges und der Schönheit seiner Ausführung das grösste Staunen erregte.

Auf über 1000 aufs Feinste colorirten Tafeln waren bereits die meisten in Europa bekannten Pilze mit bisher unübertroffener Naturtreue dargestellt. Es lag also hier eine Arbeit vor uns, die an Schönheit und Vollständigkeit, sicher wenigstens durch die Vereinigung beider Vorzüge alle bisher publizirten ähnlichen übertraf. Durch Vervielfältigung dieser Tafeln musste nicht nur die Pilzkunde aufs Entschiedenste gefördert, sondern auch deutschem Fleisse und deutscher Sorgfalt ein schönes Denkmal errichtet werden. Der Unterzeichnete drang desshalb, unterstützt von den andern Anwesenden, in den Verfasser, Alles daran zu setzen, um seine Arbeit zum Frommen der Wissenschaft zu publiciren. Glücklicherweise war Herr Dr. Gonnermann selbst im Stande, die Lithographie zu übernehmen, und da sich Herr Dr. Rabenhorst zur Bearbeitung eines kurzen Textes erbot, so konnte noch auf derselben Versammlung eine Subscriptionsliste ausgegeben werden

Die Tafeln zu 6 Heften liegen jetzt dem Referenten fertig vor. Die Ausführung in naturgetreuen Farben ist hinter den

2) Externe comparanda *Parmelia Kamtschadalis* (et var. *Americana*) reactione hydrate kalico effecta distinguitur, nam corticalis reactio quidem est flava, sed medullaris mox aurantiaco-rubescens vel subcrocea (praecipue vulgo insignis in medulla receptaculi).

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1869

Band/Volume: [52](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [De reactionibus in Alectoriis 444-446](#)